

22. Procès de sorcellerie intenté contre Isabelle Perat, de Peyres 1498 novembre 5 – 6. [Château de Dommartin]

Résumé : Isabelle Perat, de Dommartin, arrêtée sur plainte pour crime d'hérésie, comparait le 5 novembre 1498 devant le vice-inquisiteur François Fossaud, au château de Dommartin. Interrogée par ce dernier, elle ratifie les aveux faits auparavant lors des trois premières monitions au château de Menthon à Lausanne ; elle dénonce quatre personnes (3 hommes et une femme), y compris l'inculpé François Marguet. Le lendemain, elle ratifie et complète ses aveux à deux reprises ; elle ajoute en même temps les noms de sept autres complices (5 hommes et 2 femmes), y compris ceux des inculpés Marguerite Diserens et Pierre Menetrey. Le même jour, le procès est clos. Les actes s'arrêtent ici, mais nous savons qu'Isabelle a été finalement condamnée au bûcher par le Chapitre de Lausanne, seigneur temporel de Dommartin.

Commentaires : Les procès de François Marguet (SDS VD D/1 21 : ACV, Ac 29, p. 365–396), Isabelle Perat (SDS VD D/1 22 : ACV, Ac 29, p. 399–414), Marguerite Diserens (SDS VD D/1 23 : ACV, Ac 29, p. 349–364) et Pierre des Sauges alias Menetrey (SDS VD D/1 24 : ACV, Ac 29, p. 415–438) ont tous été intentés en 1498 au château de Dommartin et présidés par le vice-inquisiteur François Fossaud. Ils sont les témoins d'une nouvelle chasse aux sorciers menée à Dommartin, après la première vague soixante ans auparavant.

Le procès d'Isabelle Perat occupe les pages 399 à 414 du registre ACV, Ac 29 ; les pages 400 et 410 à 414 ont été laissées en blanc. Les actes sont rédigés par le notaire André Thovacin et authentifiés à l'aide de son signet, tout comme les trois autres procès du dossier Dommartin 1498. Il est aussi l'auteur des titres et des notes marginales ajoutées tout au long des procès. La page de garde du cahier (p. 399) contient aussi une annotation de type comptable d'une main inconnue.

Processus Ysabelle relicte Johannis Perat de Peres parrochie Dompni Martini 1498

/ [p. 400] / [p. 401]

Processus Ysabelle relicte Johannis Perat de Peres parrochie Dompni Martini.

[5 novembre 1498]

Anno Domini millesimo quatercentesimo nonagesimo octavo et die quinta mensis novembris [05.11.1498], sequitur processus Ysabelle relicte Johannis Perat de Peres parrochie Dompni Martini, que pro clama in crimine heresis fuit detenta coram venerabili patre fratre Francisco Fossaudi ordinis Predicatorum conventus Beate Marie Magdalene Lausannensis, viceinquisitore generali in civitatibus et dyocesibus Lausannensi, Gebennensi et Sedunensi auctoritate apostolica specialiter deputato^a, fuit adducta et per eum interrogata super dicto crimine de veritate dicenda ; que respondit et confitetur esse heretica, prout Lausanne in castro Menthoni in prima, secunda et tercia monicione confessata est, et confitetur in modum qui sequitur. Et confitetur : Quod sunt novem [1489] aut decem anni vel circa quod die una [1488], veniendo de ecclesia Dompni Martini sub castro eiusdem loci cum uxore Johannis Richar dicti loci Dompni Martini, dicta uxor dicti Johannis Richar vocata Guillemeta dixit eidem inquisite : « Tu habes multos emulos et multa tibi impropnerantur ; sed si velis michi

confessio

acquiescere, faciam te vindicare de inimicis tuis ». Que respondit : « Quid vis quod faciam ? ». Ad illa : « Oportet quod tu neges Deum, sanctum <batismia> et virginem Mariam ». Que Ysabella acquievit ; / [p. 402] et die illa de sero, ipsa Ysabella cum Guillemeta predicta iverunt ad vallem subtus castrum predictum Dompni Martini. Et ibidem reperierunt demonem in specie hominis vestitum nigro^b, cuius nomen erat Brunet¹ ; qui alloquutus est eidem Ysabelle ad vocem dicte Guillemete Richardaz : « Si velis negare Deum creatorem tuum, sanctum batismia et virginem Mariam, te vindicabo de inimicis tuis, et michi facere homagium ». Tunc ipsa inquisita ad vocem dicti demonis negavit Deum creatorem celi et terre, sanctum batismia, preter virginem Mariam ; et hoc facto, dictus demun se mutavit in speciem cati nigri, et obsculata est eum sub cauda, et dixit quod erat frigidus ; qui dictus demun eidem tradidit certas pecunias quas eduxit in bursa sua, deinde ad quandam suam archam. Et post certi temporis elapsi^c, reperit frondes quercus in arca sua loco pecuniarum. Et quolibet anno, dicta inquisita dabat eidem demoni unum pullum prohibiendo extra domum suam, qui a tunc numquam videbatur.

Interrogata quid ultra^d sibi demun precipit, respondit quod iret ad sectam cum ceteris hereticis, et quod non defficeret. Unde post ^e-dies octo^e, ipsa ivit ad sectam ad locum Vallium Dompni Martini subtus castrum^f, versus quandam potem. Et ibidem erat demun in specie hominis, et plures alii homines, tam mares quam mulieres, et ignis persei colloris et candeles ; et ibidem comederunt et biberunt^g, scilicet panem, vinum, et carnes in quibus erant carnes^h humane parvorum puerorum. / [p. 403]

Interrogata ubi accipiunt illas carnes, dixit quod iverunt ad domum Johannis Jacaud et interfecerunt quendam parvum masculum ex alia muliere, intrantes per fenestram de nocte ; quem necavit Pernetus Jacaud. Et dum sepultus in cimisterio ecclesie Dompni Martini, nocte una paulo post, Franciscus Marguet et Pernetus Jacaud iverunt deterratum et deportaverunt ad synagogam et coxerunt ; deindeⁱ comederunt.

Interrogata quid faciebant de ossibus dictorum puerorum, respondit igni cremantur ; deinde faciunt pulveres ad nocendum hominibus et bestiis arte demonis.

Interrogata qui fuerunt^j in occisione dicti pueri, respondit quod Johannes Richar, dicta eius uxor, Pernetus Jacaud et Franciscus Marguet, ut^k audivit ab oribus^l eorum reddidisse computum dicti negocii magistro eorum in dicta secta.

Interrogata quid ibidem demun dixit ipsis, respondit quod ipse precipit quod faciant^m omnia mala que facere poterunt ; et presertim, quod tradant mortem hominibus et bestiis ; et ibidem unusquisque reddit computum eidem demoni de maleficiis suis secundum majus et minus, prout egerunt.

Interrogata quid ultra faciunt in septa, respondit quod clamant: «Meclet! Meclet!»². Et homines illo tunc habitant cum mulieribus modo sodomitico; et quod Petrus de Grangia de Mont habitabat cum ea. / [p. 404]

Interrogata si alius habitavit cum ea in sinagoga, dixit quod sic, scilicet demun, magister suus, in specie hominis semel; et quod semen erat frigidissimum; et ita quod post fuit valde infirma. 5

Interrogata quid fecerunt post in dicta secta, dixit quod dictus demun se mutavit in speciem cati et quod omnes, tam homines quam mulieres, obsculabant eum sub cauda.

Interrogata quomodo ibat ad sectam, dixit quod demun sibi tradidit baculum unum parvum et haulobostrum plenum certo unguento, de quo ungebat dictum baculum, et ponebat inter suas tibias, dicens: «*Vaz, de parⁿ le dyable, vaz!*». Quo facto, immediate erat illuc. 10

Item dixit quod demun sibi precepit quod, cum acciperet aquam benedictam, quod [debet]^p prohicere a destris et sinistris, et non supra se. Et ad vocem demonis vituperavit sanctam crucem, sepe dum reperiebat, spuendo in eam et conculcando pedibus. Et^p est diu, semel in Pascate, [vidit]^q Franciscum Marguet portasse sacrum corpus Domini ad sectam, videlicet ad furnum Johannis Jacaud de Monthobyn; et fricando eum, evanuit ab oculis eorum. 15

Item confitetur quod demun eandem semel verberavit in secta [in]^r Valium Dompni Martini, eo quod non fecerat satis mali. 20

Interrogata super maleficiis, confitetur quod demun sibi tradidit unum halo-
baustrum repletum unguento / [p. 405] et pulveribus ad necandum et infirmitates dandum hominibus et bestiis; de quo unguento dedit cuidem equo pili nigri Petri Jacaud³, sunt circa duo anni [1496], deinde uni eque Johannis Gilleirii; et quem et quam interfecit^s ex illo unguento seu pulveribus. 25

Item confitetur interfecisse duos pueros, eosdem recipiendo de utero matrum, sunt quatuor anni vel circa [1494], quorum unus masculus erat, et erat Petro Jacaud, et alius quedem filia, que erat Glaudio Martini.

Item dicit audivisse a Francisco Marguet in dicta secta reddendo computum de maleficiis suis, necasse quandam filiam Glaudio Marguet eius nepoti. 30

Item confitetur quod a Pascate [1498] citra fuisse cum prenominatis in domo Johannis Jacaud de nocte intrando per fenestram, et crediderunt necare quandam parvam filiam suam, eandem stringentes per tibias. Sed non potuerunt eandem interficere, quia clamavit; deinde pater surrexit, et tunc illi abierunt, deportantes cohoptorium^t ab extra *du bris*. 35

Interrogata quomodo heretici vocant beatam virginem Mariam, dixit quod eandem vocant *Rossaz*.

Interrogata in quibus sectis fuerit, dixit quod in tribus, videlicet in Vallibus Dompni Martini, in furno Johannis Jacaud de Monthobyn, et *En laz Mollery* seu Ressia de Molleria. 40

Interrogata a quo tempore fuerit ultimate in secta, dixit quod sunt sex aut septem septimane^u [*septembre 1498*]. Et dum fuit vox super capcione hereticorum, heretici / [p. 406] ipsi dixerunt magistro eorum demoni quod timebant, ne caperentur; qui respondit eis quod non timerent, quia ipsos preservaret, eosdem deffraudando.

Interrogata cur non fugit, respondit quod propter spem quam habebat in magistro suo, ut supra. Et quod libenter venisset ad confessionem, sed non erat ei possibile, quia demun eandem tenebat ne confiteretur; quos eciam tenet ceteros hereticos, ut non veniant ad penitenciam. Et dum tales sentit ad penitenciam pervenire, eosdem acriter verberat.

Interrogata in qua secta ultimate fuit, respondit quod in <septa> dicti furni Johannis Jacaud.

complices

Interrogata de suis complicibus, respondit quod plures vidit homines et mulieres in dicta secta et in predictis; et presertim Franciscum Marguet, Pernetum Jacaud, Johannem Richar et dictam eius uxorem, quos cognovit et vidit realiter in vultu et loquela edentes, bibentes, demoni eorum magistro reverenciam et honorem facientes, et ceteros actus quos heretici soliti sunt facere.

Et ultra^v non fuit interrogata, sed per prefatum viceinquisitorem ad diem sequentem [*06.11.1498*] remissa, presentibus venerabili viro domino Laurencio Curvillionis canonico Lausannensi et cellerario capituli, Johanne Moneti eiusdem domini famulo, Francisco Jacaud dicti loci castellano, Johanne Sovajat gubernatore dicti loci, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

[*6 novembre 1498*]

Alia repeticio dicte Ysabelle

Anno quo supra et die sexta mensis novembris [*06.11.1498*], / [p. 407] per prefatum dominum viceinquisitorem dicta Ysabella iterum^w fuit interrogata super complicibus; que confitetur quod demun ipsis precipit quod faciant mori homines et animalia modo quo supra, dando eisdem sellarium secundum majus et minus homicidium, scilicet pro homine aliquando dat LX solidos, XL, secundum quod sciunt pactizare cum dicto demone, et pro quolibet animali interdum X solidos vel viginti, et sic de singulis, etc. Et confitetur quod sunt tres [*1496*] aut quatuor anni vel circa [*1495*] quod dicta inquisita, Pernetus Jacaud et Franciscus Marguet fecerunt cadere Petrum Vincent dicti loci Dompni Martini a quadam arbore pirus existente in villa predicta Dompni Martini prope domum ipsius Petri, arte demonis; qui erat cum ipsis. Quiquidem Petrus mortuus fuit.

complices

Interrogata iterum de complicibus suis, confitetur ultra supranominatos vidisse realiter et cognovisse in predictis sectis, videlicet Francesiam Jacaud de Sugniens, necnon Margaritam uxorem Johannis Diserens de Peres, Girardum de Madalena de Boctent et Johannem Pillet de Sancto Ciriaco, agentes honorem et reverenciam demoni facientes, et ceteros actus quos etc.

Et ultra non fuit interrogata, sed remissa per prefatum dominum viceinquisitorem / [p. 408] ad se advisandum ad horam vesperorum, presentibus venerabili viro domino Laurencio Curvillionis canonico Lausannensi et cellerario dicti capituli Lausannensis, dompno Johanne Vuystonis cappellano vicario dicti loci Dompni Martini, Johanne Sovajat, Petro Grant, Francisco Jacaud castellano dicti loci, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis. 5

[6 novembre 1498, plus tard]

Alia repeticio cum conclusione processus dicte Ysabelle Perat

Anno et die premissis [06.11.1498], hora vesperorum, predicta Ysabella per supradictum dominum viceinquisitorem fuit interrogata super maleficiis per eam perpetratis. Que respondit alia nescire preter illa que superius confessata est. 10

complices

Interrogata super complicibus suis, dixit et confitetur se vidisse et realiter cognovisse in supradictis sectis ut supra dictum est, scilicet Franciscum Marguet, Pernetum Jacaud, Johannem Richar et eius uxorem, Francesiam Jacod de Sugniens, Johannem filium dicti Johannis Richar, Margaritam uxorem Johannis Diserens de Peres, Girardum de *Laz Magdelleynaz* de Pollie Pictet, Glaudium Agnar *Le Magnyn* de Boctent, et Petrum Menestrey senioris etatis, et Johannem Pillet de Sancto Ciriaco, agentes et facientes ut supra dictum est. 15

Et juravit / [p. 409] in manibus dicti domini viceinquisitoris super sanctis Dei euvangeliis omnia per ipsa^x superius confessata fore vera, et illa vult manutenerere coram omnibus. 20

Tunc prefatus dominus viceinquisitor dixit prefate confitenti si vellet conclusionem fieri super dicto suo processu et finem imponere. Quequidem dicta Ysabella prefatum dominum viceinquisitorem rogavit ut concluderet et finem imponeret dicto eius processui, se submittens de non in contrarium veniendo, renunciando iuribus, etc. 25

Illico comparuit venerandus dominus procurator sacre fidei coram dicto viceinquisitore, petens concludi super dicto suo processu et conclusionem fieri. Et tunc, prefatus dominus viceinquisitor conclusit et finem dicto processui imposuit, presentibus venerabili domino Laurencio Curvillionis canonico Lausannensi et cellerario venerabilis capituli Lausannensis, necnon Francisco Jacaud castellano dicti loci Dompni Martini, Petro Pillet alias Grant, Johanne Sovajat gubernatore ipsius loci, Girardo dou For, Petro Silvestroz et Glaudio Vincent, omnibus dicti loci Dompni Martini testibus ad premissa vocatis et rogatis.⁴ 30

conclusio
processus

De dicti domini viceinquisitoris precepto 35

[Signature :] Andreas Thovacii [Seing/signé notarial] / [p. 410] / [p. 411] / [p. 412] / [p. 413] / [p. 414]

Original : ACV, Ac 29, p. 399–414 ; Papier.

Édition : Pfister 1997, p. 218–231.

Littérature : Kieckhefer 1976, p. 147; Félix 1986; Blauert 1989, p. 67–97; Ostorero 1995, p. 209; Pfister 1997, p. 67–82; Ostorero 1999, p. 43; Ostorero 2005, p. 366; Utz Tremp 2005c, p. 362–363; Ostorero et al. 2007, p. 281–292, 481–492; Ostorero 2010, p. 24–26; Pittet 2010, p. 202; Ostorero et al. 2011, p. 47; Ostorero 2013a, p. 339; Ostorero 2015a, p. 277.

- 5 a Corrigé de : deputatus.
 b Corrigé de : magistro.
 c Corrigé de : elapsis.
 d Suppression par biffage : quid.
 e Correction à la hauteur de la ligne, remplace : duas.
 10 f Suppression par biffage : Dom[pni Martini].
 g Corrigé de : biberum.
 h Corrigé de : canes.
 i Suppression par biffage : d.
 j Correction à la hauteur de la ligne, remplace : fuit.
 15 k Suppression par biffage : computum.
 l Corrigé de : auribus.
 m Corrigé de : faciam.
 n Correction à la hauteur de la ligne, remplace : par.
 o Omission, complété(e) par analogie.
 20 p Corrigé de : Ex.
 q Omission, complété(e) par analogie.
 r Omission, complété(e) par analogie.
 s Correction par-dessus, remplace : erunt.
 t Correction à la hauteur de la ligne, remplace : coop[ertorium].
 25 u Correction à la hauteur de la ligne, remplace : anni.
 v Correction à la hauteur de la ligne, remplace : utr.
 w Corrigé de : interim.
 x Corrigé de : ipsum.
- 1 Le même nom de démon est évoqué par Marguerite Diserens (SDS VD D/1 23 : ACV, Ac 29, p. 358,
 30 361).
 2 Cette expression pourrait signifier Mêle! Mêle! ou Mélangez-vous! Mélangez-vous! On retrouve
 cette formule dans le traité des Errores Gazariorum (Ostorero et al. 1999, p. 290 et 308), ainsi
 que dans le procès de Pierre Antoine de 1449 (SDS VD D/1 6 : ACV, Ac 29, p. 108). Pour d'autres
 occurrences du terme mecllet ou mescle cf. Ostorero et al. 1999, p. 291, n. 2.
 35 3 Dans le procès de François Marguet, Pierre Jacaud, frère du châtelain François Jacaud, accuse
 François d'être à l'origine de la mort de ses vaches (SDS VD D/1 21 : ACV, Ac 29, p. 370).
 4 La sentence de bannissement contre Isabelle Perat et François Marguet est rendue le 14 novembre
 1498 par Laurent Curvillion. Elle est conservée aux Archives de l'Etat de Neuchâtel (AEN, Archives
 anciennes, AS-E24.3, éditée par Morerod dans Ostorero 2007, p. 489–492 et analysé p. 481–487).